Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tumuis acquirat. eget semper. quia plus concupiscit.
Et qui exiguum habet non minuit. quia non multum est quod
pauperem pascit. Similiter quoque et ille pauper qui confert
spiritalia pro pecuniarius. et si plurimum habeat
gratiae non habundat. Non enim onerat gratia. sed alle
uat mentem. Sed istud etiam sic potest intellegi. Non
habundas o homo. Quantum est enim quod accepisti.
Et si multum tibi est. Iohannes tamen quo maior ne
mo est inter natos mulierum. inferior erat eo qui mi
nor est in regno celorum. Potest et sic. Non habundat
dei gratia. quia spiritalis est. Quis enim potest autem magnitu
dinem comprehendere quam non uidet. Fides si fue
rit sicut granum sinapis. montes transferre potest.
et nisi datur ultra granum sinapis. Si habundet
in te gratia. est uerendum ne mens tua tanto mu
nere incipiat extolli. quia multi sunt qui ab alti
tudine cordis sui grauius corruerunt. quam si nul
lam habuissent dei gratiam. Et qui parum uidentur ha
bendi plurimum est cui nichil deest. Considran
dum etiam in largiendo etas atque debilitas. non
numquam etiam uerecundia que ingenuos prodit
natales. ut senibus plus largiaris quam his qui labore

C. F.
De largitione consideranda.